

Allatius iniit in opere posthumo *Dramaturgia* di-
 cto, quod septem indicibus italico idiomate com-
 prenditur, Romæque impressum est. Non pos-
 sum quin notissimæ illius Tragi-comædiæ *Il Pa-
 stor Fido* vocatæ præ aliis hic mentionem faciam,
 quæ Baptistam Gvarinum, inclytum poëtam &
 philosophum auctorem habet. Extant plurimo-
 rum hoc de poëmate elogia, quorum illud non po-
 stremum est, quod Janus Nicius, Erythræus, *Pi-
 nacothece Part. I. p. m. 95.* suppeditat. Hujus, in-
 quit, *Eclogæ Pastori fido* nomine ea est claritas, ea
 celebritas, ut nullæ sint manus quibus illa non tera-
 tur, nulli sint oculi quibus non legatur, nulla sit
 ætas five puerorum, five adolescentium, five juve-
 num, five senum, nullus sexus five virorum, five
 mulierum, in quorum sinu non gestetur, nullus ho-
 minum ordo five nobilium, five tenuiorum, nul-
 lum genus five doctorum, five rudium, in quorum
 domibus non inveniatur, nullæ impressorum offi-
 cinæ ubi illa fere quotannis typis non mandetur, nul-
 la nationum, quantumvis barbararum diversitas,
 in quarum sermonem conversa non legatur. Mo-
 rum fortasse integritati non utilis; etenim in ejus
 dulcedine svavitæque, tanquam in infesto Sirenis
 mari, in quo etiam Ulysses erravit, virgines nuptæ-
 que complures pudicitiaë naufragium fecisse dicun-
 tur, sed legentium manibus extorqueri non potuit.
 Nec defuerunt præstantia doctorum hominum in-
 genia, quæ stantem ejus gloriam suis censuris, tan-
 quam machinis conata sunt oppugnare atque sub-

*lis edito-
 rum nume-
 rum Leo
 Allatius
 iniit.
 Il Pastor
 Fido Bapti-
 stæ Gvarini.
 Jani Nicii,
 Erythraei,
 de hac Tra-
 gi-comæ-
 dia judi-
 cium.*